



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 53. Ejusdem Cardinalis Instructio contra trium horum Præsulum  
Ordinationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. vata hæc dissidia penitus sublata: post  
A. C. 1710. quam vero Malisolius Vapicensis Epis-  
copus sua etiam Instructione Novum  
Testamentum Montense, Patris Juve-  
nini & Haberti Theologiam, neconon  
Quesnelli reflexiones damnaverat, tum  
vero nova exarsere dissidentium studia,  
quippe Parisienses Canonici, pluresque  
utriusque Cleri Sacerdotes Archiepi-  
scopum incitarunt, ut injuriam a  
Jesuitis sub trium horum Præsulum no-  
mine sibi irrogatam ulcisceretur.

## §. LIII.

*Eiusdem Cardinalis Instruccióne contra  
trium horum Præsulum Ordinationes.*

*Reflex. sur les Ordons.* Horum impulsu Cardinalis Noaillius  
*Preface Hist. sequenti Pastoralem edidit Constitutio-*  
*des Hexaph. pag. 14.* nem contra Rupellensis, & Lucionensis  
*Lafiteau t. c. pag. 104.* Præsulum Instructionem: Hos insimu-  
labat, quod Jansenii errores impugna-  
turi, tertiam ex quinque propositioni-  
bus damnatis adoptarint, & vigesimam  
sextam, necnon vigesimam octavam  
Baij propositiones innovarint: Vapi-  
censis vero Episcopus in sua Instruc-  
tione cum tanto despectu de S. Augustino  
locutus sit, ut videretur velle suos Di-  
cesanos ab ejus Operum tanquam pe-  
ricti.

CXV.  
post-  
Epi-  
ovum  
Juve-  
econ-  
, tum  
studia,  
esque  
hiepl-  
m a  
m no-  
  
ontra  
i-  
  
aillius  
anno  
tutio-  
nenis  
simu-  
ugna-  
tioni-  
imam  
avam  
Vapl-  
uctio-  
ustino  
Diz-  
n pe-  
ricu-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1710.

riculosorum lectione avertere, ac in- super ex hac Instructione laxioris do- ñinæ Protectores Regulas Divi Caroli Borr. & Concilii Tridentini decretis consonas spernere incipient: unde periculum sit, ne obdurati peccatores sine emendationis spe absolutionem prætendant, credantque, quod, quia Di- vina justitia quandoque eos sibi relinquit, impune pravis suis desideriis cedere possint; timendum etiam foret, ne scelera legi naturali opposita sub prætextu ignorantiae invincibilis excusentur, brevique omnes propositiones a Pontificibus & Clero Gallicano damnatae a perversæ doctrinæ Defensoribus innovandæ sint. Postea recensuit, quo Zelo ipse Jansenii hæresin, Quietismi errores, laxas doctrinas, Casum Conscientiæ, Theologiam Juenini, Portu- Regienses Moniales damnarit, & proscripscerit. Denique has Instructio- nes, quas *visibile artificium eorum, qui Episcopalis Ordinis hostes sunt*, appellata- bat, legere vel retinere, suis Diæcesa- nis inhibuit, seque aliam brevi Instructio- nem Pastoralem, qua scandalò ex hisce libellis orituro obvietur, editurum spo- pondit. Hæc agendi ratio summopere displicuit non paucis; sat peregrinum enim videbatur, quod Cardinalis suos Confratres damndi potestatem sibi

Q 2

arro-



Sæc. XVIII. arrogarit, sua condemnatione nova  
A. C. 1710. tricas excitarit, eorumque Instruc-  
tiones, cum tamen unice ad Baij & Jan-  
senii errores ex D. Augustino confuta-  
dos adornatæ fuissent, tanquam in fide  
& moribus periculosaſ perstrinxerit, &  
præcipue satisfactionis ſibi a Rege  
Episcopis promissæ copiam propria vi-  
dicta huic Monarchæ præripuerit: Ea  
propter Rex per Pontchartrenium Co-  
mitem Cardinali significari juffit, &  
pervacaneum eſſe, ut a Rege audi-  
postularet, eoquod ſibimetipſi jus di-  
xifſet, proin Aulam non frequentare  
donec aliter decretum fuerit. Ho-  
nuntio Cardinalis velut fulmine pe-  
cussus, Mentenoniæ, aliorumque  
micorum ſuorum opem ad placandum  
Regem implorabat, ſemper tamen ſua  
agendi rationem vindicare intentus  
rat: Nihilominus Mentenonia Car-  
tentem Episcopum, Chetardium,  
Parochum S. Sulpitii Viros Regis gra-  
tia munitos follicitabat, ut hæc di-  
dia indies magis excrescentia com-  
pñere fatagerent, qui etiam Noaillius  
tanquam Regiæ reconciliationis in-  
dium proponebant, ut Jansenismi ſup-  
cionem a ſe amoliretur, & propterea  
Quesnelli libro patrocinari deſiftere.  
Ad hæc vero Noaillius respondit  
hunc librum a ſuis hostibus duntan-

impeti, ut sibi molestia fieret, vinctasque Sæc. XVIII.  
eis daturum manus, si approbationem A.C. 1710.  
suam retractare vellet: insuper literas ad  
Mentoniam die undecima Maij de-  
dit, in qua se quidem cessurum polli-  
cebatur, suos tamen hostes, ac præ-  
cipue Michaelem Tellierum, ceteros  
que Jesuitas, qui eum multo abhinc  
tempore insectantur, & quovis pretio  
eum perdere moliuntur, minime cessa-  
turos, nisi ipsis a Rege silentium im-  
ponatur: Non deerant etiam ex præ-  
cipuis Regni Episcopis, qui Noaillium  
ad vindicandum suum honorem inci-  
tarent, & quidem inter alios Agen-  
nensis die decima quarta Maij in suis  
literis utriusque Episcopi instructionem,  
agendique rationem parum Christianam,  
*Ecclesiæ spiritui, disciplinæ, Sacris Ca-*  
*nonibus, Charitati & unioni contrariam*  
appellans exclamavit: *Pudeat Episco-  
pos, quod pro Instrumentis deserviant Je-  
suitarum passionibus; alias hos duos Epi-  
scopos vocavit venales, temerarios, &  
calumniatores, alias vero Vapicensem  
Episcopum pro hypocrita, versipelle &  
ambitioso habuit.*

## §. LIV.

*Petri Coddæi olim Sebasteni Archiepi-  
scopi Obitus.*

Q. 3.

In eun.